tristis egit, donec ab uxore persuasus est ut Uriam peteret, illic nimirum inventurum quos similis premeret molestia. Cui cum paruisset rem non fefellit exitum, Duos enim reperiens conveniunt, de tyranni injustitia conqueruntur, tandem etiã jurant se aut mortem obituros aut tyranni crudelitatem ulturos. Inter hos verò divinæ facis instar præcelluit vir fortissimus & patriæ libertatis vindex acerrimus Guilielmus Tell vir de quo dubites fortior ne an prudentior fuerit. factis enim suis fortissimis insignem animi prudentiam admiscuit, quæ effecit ut ea sine seditione intestina & civili tollerentur quæ importunè sublata, magnam totius regni ruinam comitassent. Primus itaq exeiens qui hanc Camariam movere ausus est occasionem quomodam quærens in hoc totus erat quo patriam crudeli tyrannorum dominio liberaret. Occasionem verò hujus cõmodissimam præbuit Pileus ille à tyranno ad venerandum baculo impositus. Guilielmum itaq animi sui magnitudo, fortitudo eximia, amor ille in patriam flagrantissimus tantum stimularit, ut impia tyranni edicta patriæ postponeret. Pileum itaq ter quaterq prætereiens, nulla

reverentia

reverentia, nullis corporis gestibus, nulla vultus
verecundia, se huic subjectum ese repraesentavit,
hunc tamen impii tyranni contemptum mira quadā
modestia temperavit ut forte fortuna haec
omnia fieri viderentur. Haec verò omnia, (ut
nusquam non Corycei in principum aulis adsunt)
confestim ad tyranni calumniis patulas aures
pervenere, accessere plura quae ad hujus nego-
tii exaggerationem facere videbantur, accusat
ut is qui crimen laesa Majestatis admiserit.
Sed quid multis. Accersitur vir ille acerrimus
ut coram truculentissimo tyranno causam suam
agat. Atq hoc judicium haud aliter institutum
erat quam hoc quod Aesopicus ille lupus
cum ovicula ob fontis turbationem instituerat.
In hoc enim lupus idem erat, accusator, testis,
judexq. In illo tyrannus accusatoris partes
sibi sumpserat & Judicis. Contemptus & laesa
Majestatis crimen proponebat, causam roga-
bat, quo ex causa quog ansam aliquam crude-
lioris supplicii arripere posset. Guilielmus
animo sincero respondet haec omnia incogi-
ta evenisse, se quog non animadvertisse,
sed ob negotiorum procellas hinc inde discur-

rere

rere coactum, Jujus pilei nullam curam Jabuisse. Hanc verò excusationem imanis bellua nullo modo recipere dignatur, seditiosus rusticus, inovator Reip. perturbator politiæ contemptor legum & impiæ factionis prases nominatur, in carceres conjicitur, exquisitum supplicii genus excogitatur, quo ejus crudelitate perculsi rustici postJac Jujusmodi inovandi cupiditates omitterent. Quod cum nullo modo satis comodum tantoq facinore dignum invenirent, tandem ex ipso Guilielmo Jac percontari volunt. Interrogatur num ipsi sint liberi, quig inter Jos omnium sit Jarissimus: Ad quæ respondens sibi liberos esse affirmavit, seq filioli teneri amore imprimis teneri confessus est; His intellectis Supplitium Jorrendum inJumanissimus excogitavit Carnifex; Junc etenim virum coëgit ut centum viginti passus distans puero pomum è capitis vertice acuto decuteret telo, errorem capitis supplicio compensaturus; ô Jorrendam vocem, ô crudelitatem portentosam! cedant nunc fabulosis suis Historiis Græciæ scriptores, cedat Juic Dionysii bellvina imanitas, cedat Manlii imperium filii sanguine inquinatum, cedat Jalaris simul cum Perillo suo novorum tormentorum inventori. Nero huic collatus vix umbram

Jujus

hujus assequi poterit. Quid enim crudelius pro
Deum immortalem, quàm patrem tam patriæ quam
liberorum studiosissimum jubere, imperare imò &
cogere, pomum ram tam exiguam, tanto distantè
spatio & carceris vinculis delassatum, titubantemq
ex filioli tenerrimi charissimi nec dum vitæ pericu=
lum intelligentis vertice, veloci & errabundo de=
cutere telo. Ô pectus saxeum, ô indolem monstro=
sam, ô hominem crudelitate insignem & ut Ovidii
verbis utar, Et tua sunt silicis circum præcordia
vena, Et rigidum ferri semina pectus habet,
quæq tibi quondam tenero ducenda palato
plena dedit nutrix ubera, tigris erat.
Ego certè ipsam humanitatem à tam crudeli spectà=
culo oculos amovisse credo, neq hoc ipsa inhumani=
tate inhumanius facinus intueri potuisse. Ô quàm
forti pectore animum fortissimum inclusum habuisti
Guilielme Helvetiæ decus! ô oculos constantes,
qui collimando tam præsentem filioli charissimi
necem (quis enim aliud exspectaret) intueri
sustinuerunt. ô manus intrepidas quæ scorpionem
immotum sustinere tanto in periculo potuerunt, ô
animum patriæ ardore flagrantissimum, qui hoc

facinus

cogitur. Guilielmus hanc promittit filii salus negata restituatur. Nec mora vinculis solutum totius navis gubernatorem statuunt, quo mysterio tunc declararunt hunc dignum esse qui totius reip. qua navi fluctuanti est simillima curam administraret. Hic verò cum omnes lacus locos, scopulos, saxa, petras, portus cognitos haberet, medios per fluctus navim scopulum versus quem non procul à littore jacentem cognoverat, dirigit, quo cum pervenisset, balista filiog (nam & hunc atrocissimus ille Nero ceperat) arrepto huic insilit navem interim pede retrusam mediis fluctibus periclitari fecit. Ipse interim montes altissimos scandens ad viā regiam pervenit per quam praefectum aquitaturū sciebat. Ubi fruticibus latens scorpione intenso ejus adventum avidè exspectavit. Advenit tandem princeps elatus, furibundum quid tuens, micant oculi, frendant dentes, os pallet, manus totumq corpus nimio furore correptum tremit. Indignatur tantā sibi praedam effugisse. Irascitur tantum virū cujus fortitudo imprimis metuenda sit ejus manus evasisse. Furit quoq seq execratur quod hosti acerrimo salutem suam suorumq credidarit. Sed quid multis. Si parva magnis componere licet videres Polyphemum alterum per montes cursitantem

ore

ore cruento tabog infecto, & Ulyssem inquirentem. In=
terim verò dum nimio furore raptus hinc in truces
oculos tyrannicosq vultus convertit, Guilielmus telo
acuto contra hunc directo trajectum equo deitur=
bat. Omnibus verò satellitibus circa hunc occupatis
dum improviso malo territi ejus curam habent, Guili=
elmus effugit & ad Urianos confoederatos suos
reversus rem omnem exponit, utq jam ceptam li=
bertatem instaurare maturent hortatur. Hic verò
crudelissimus tyrannus, quem digno nomine appellare
non licet inter manus suorum expirans moritur.
Satellites aulici sibi timentes Uriam repetere cum non
audent Lucernam se conferunt. Interim verò
Libertas Helvetiorū recuperata. Bruti illi & Publicolæ Urianorum animos con=
cionibus suis sollicitantes facilè ab oppressis et
miseris id quod voluerunt impetraverunt, omniūq
animi ardentissimo erga omnem nobilitatem odio
flagrabant, ita certè ut Romanæ plebi regium
nomen non minus invisum fuerit, quam istis nobi=
lium. Jam etenim omnium calamitatum à præfectis
injunctarum recordabantur, jam oppressionis
jam injuriarum jam damnorum illatorum memo=
res patientiam illam diu lassam tandem in furorē
acerrimum permutarunt, omniū animorum nil

minus